

1353. 4. Aprilis.

Ex Annal. Dredemonstrateng.

495.

Privilegium Boleslai Ducis Oppolensis super stagno seu lacu in Zelazna de anno 1353.

///

Nos Boleslaus Dei gratia Dux Oppolensis. Recognovimus univ[er]sis quorum audientia presens scriptura fuerit publicatum, quod nos de stagno seu lacu in bonis Sanctimonialium monasterii Domus Dei, alias Czarnowans dictum, circa villam Zelazna nostri districtus Oppolensis tertiam partem omnium utilitatum pro nobis ad tempora vite nostre reservamus huiusmodi ratione, quod eundem lacum cum nostra pecunia duximus reformandum et corrigendum. Post decessum vero personalium nostre vite prefatum locum cum pleno jure prenotatum monasterium sicut alia bona sua sine omni impedimento nostrorum successorum possidebit in eternum, et possidebit harum nostrarum testimonio litterarum sigillo nostro majore signatum in memoriam omnium posterorum. Datum Oppol. 4. die Mensis Aprilis anno Domini 1353. presentibus Domino Stephano Plebano in Saueuziz Lawicio in Governu Notario nostro, qui huiusmodi ad consentendum a nobis habuit in commissis et aliis multis.

L. S.

1757

1758

1759

1760

1761